

sum respicit, secundum verò pudicam & castam commixtionem.

Quia verò Pleriq; Christum nō vocant in matrimonii ingressu cum Maria, & discipulis, sed repellunt, eo quod intentione corrupta, & cōscientia peccatis maculata hoc inchoant sacramentū. Ideo quæ in matrimonio solatio esse deberent, grauis, & intolerabilis sunt pēna, vt (heu) diutina docet experientia. Olim septem viri beatæ Saræ filix Raguelis specie decepti, sola libidine eam duxerunt vxorem, & quidē in matrimonio, cui nondum annexum fuit sacramentum, quos omnes dēmon Asmodeus occidit. Tob. 3. Timendum est vehementer, quod plurimos nunc occidat, non corpore temporaliter, sed multo grauiore morte animæ æternaliter. Dicente namq; angelo Kaphaele, Hi, qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum a se, & a sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus, & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tobix 6. Videmus namque ad nuptias currere vtriusque sexus homines sine Dei timore, sine sacramenti reuerentia, sine cōfessione, cum omni lasciuia, quorum tantò grauiora sunt peccata, quāntò in lege noua sacramentum illud est maioris gratiæ ex diuina misericordia collatum.

Quia verò coniuges sunt domesticæ communitatis rectores, quam cum ipsis integrant filii, & familia, idē cum iuges sibi in hac communitate sunt tres personarum gradus, coniuges. s. proles, & familia, videndum est, quid teneantur sibi ipsi, quid liberis, quid familiæ. Sibi debent tria, scilicet amoris puritatem, morum honestatem, rei familiaris sollicitudinem. Liberis verò debent educationem, informationem, disciplinā. Familiæ verò prouisionē mercedis, ad monitionē eruditionis, & prouisionem laboris. Primū debent sibi amoris puritatem coniuges. Sit ergo amor purus & impermixtus, Aug. 10. confessi. Minus te domine amat, qui tecum aliquid amat, quod nō propter te amat. Discere

sum, non zelotypus. Sapiens. n. iudicio amat coniugē, non affectū lasciuia. Sanctus: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus ecclesiam. Ephē. 4. qui seipsum tradidit pro ea, vt sit sancta, & immaculata.

Tenantur secundo sibi ipsis morum honestatem, vt sint sine lasciuia, sine rixa, & discordia. Viri nolite amari esse ad illas: Col. 3. Sine alterutrum contēptu. Honorabile connubium vestrum in omnibus. Heb. 13. Vt sit mulier subdita viro, sicut domino, quoniam vir caput eius est. Ephē. 5. Vir etiam vxori honorem impertiat, tanquam infirmiori vasculo, & coheredibus gratiæ. 1. Pet. 3. Vnde & Abraam vxorem vocat sororem, & Sara ipsum dominum vocat Gen. 18. Et Adam. Mulier, quam dedisti mihi sociam, ait, non ancillam, ideoq; non de capite, sed de latere viri formata est. Habent mulieres superbię exemplum Valthi. Hester 1. Viri stulti, & proterui Nabal. 1. Regum. 25. Sic tercio rei familiaris sollicitudo, vt primò caueatur super fluitates cibi, porus, vestium. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Deum, laudabitur. Prouer. vlt. Ad hoc valent laudes fortis mulieris, ibidem. Quodque otia, & negligentias secundo vitent. Vnus enim edificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Eccl. Item tercio discursus vagos extra domum. sic Tob. 10. dicitur Saræ, vt socerum honoret, virum diligit, regat familiam, gubernet domum, seipsam irreprehensibilem exhibeat. Item consyderauit semitas domus eius, & panem ociosa non comedit. Prou. vi.

Secundò debent pueris educationem iure naturali, quod etiam in brutis videre est. Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis 2. Cor. 12. Laborare ergo debent ad educandum prolem, & corpore, & spiritu. Ideo secundo tenentur eis informationem, vt ponant in Deo spem suam, vt non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Ecce quibus informandi sunt. Vt cognoscant

Quid
pueris
debeat.